



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

Gretser, Jacob

[München], 1613

Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad Domnum Regem Pippinum pro
defensione sanctæ Dei Ecclesiæ directæ, in qua continentur, gratiarum
actiones & vberrimæ benedictiones, pro integritatis orthodoxæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](#)

*Item exemplar Epistolæ eiusdem Pape, ad
Dominum Regem Pippinum pro defensione sanctæ Dei Eccle-
siae directæ, in qua continentur, gratiarum actiones &
uberrimæ benedictiones, pro integratatis ortho-
doxæ fidei obseruationem.*

XXX.

SOMNO excellentissimo filio, & nostro spiri-
tuali Compatri Pippino Regi Francorum,
& Patricio Romanorum PAVLVS Papa.
Dum tanto vestræ sublimissimæ Excellentia benefi-
cio & impenso opitulationis adminiculo, sancta spiri-
talis mater, & peculiaris vestra vniuersalis Dei Eccle-
sia dinoscitur releuata, quæ humana lingua, sufficeret
valeat, ad huius benignæ vestræ operationis merita
gratiarum referre actiones? & licet in hoc humanæ
considerationis capacitas rependere nequeat, verun-
tamen ille, qui potensest, omnipotens & inuisibilis
Dominus Deus noster, cuius ordinatione vistra Re-
galis potentia confirmata consistit; interuentiōnibus
sacri principis Apostolorum, B. Petri, dignam vobis
remunerationem in præsenti vita, & in futura beatifi-
tudine retribuet, præsertim dum & fortissimus sanctæ
orthodoxæ fidei, & venerabilium patrum piæ tradi-
tionis defensor esse videris, excellentissime fili, & spi-
ritualis Compater, & ob hæc ipsa quæ veneranter colis,
& defendere studes, orthodoxam fidem semper ha-
bebis adiutricem; & profecto cœlestis tibi, con-
tra aduersantium cuneos, administrabitur victo-
ria.

Interea quoniam magno affectu circa vestrā à
Deo protectam eximiam Excellentiam feruescimus,
debi-

debitum visitationis & salutationis nauiter procura-
uimus sublimitati vestræ persoluere, eximie fili & spi-
ritalis Compater, hoc interea vestrā meminisse vo-
lumus excellentiam, nuper nobis direxisse, quatenus
in pacis dilectione cum Desiderio Langobardorum
rege conuersare studeamus, quod quidem si ipse ex-
cellentissimus in vera dilectione & fide, quam vestræ
excellētia, & sanctæ Dei Romanæ Ecclesiæ spōpon-
dit permanserit, utique & nos in charitate firma & sta-
bili pace cum eo permanṣuri erimus, obſeruantes il-
lud dominicę præceptionis documentum. *Beati pacifi-
ci quoniam filij Dei vocabuntur.*

Matth. 5.

Hoc itaq; innotescimus Christianissimæ eximiei-
tati vestrę, eo quod conuenit, inter nos & eundē Lan-
gobardorum Regem ut pariter nos in Rauennantium
vrbe præsentare studeamus ad perficiendas quasdam
vtilitates spiritalis matris vestræ, sanctę nostrę Eccle-
siæ, & pertractandum pro Græcorum malitia, qui co-
tidie imminent in ipsam Rauennatē ingredi ciuita-
tem. Dumq; pariter præsentati, quicquid locutifueri-
mus vel rei exegerit meritum, excellentissimæ, & à
Deo protectæ eximietati vestræ innotescemus. Orā-
tes de reliquo diuinam clementiam, ut ad perfectam
exaltationem sanctę Dei Ecclesiæ & orthodoxæ fidei
**longauis.* defensionem, de * æuis & prosperis temporibus ex-
cellentissimam Christianitatem vestrā, in folio re-
galis potentia, cum dulcissima coniuge, excellentissi-
ma Regina, spiritali nostra Commatre, atq; amantissi-
mis natis conseruare, & protegere dignetur, tribuens
vobis æterna cælestis patrię gaudia possidenda.

In columem excellentiam vestrā gratia
superna custodiatur.

Item